

S. CYPRIANUS (ca 210 †258)

DE IDOLORUM VANITATE ¹PL
4, 599

XI. [...] Huius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister **169**
Sermo et Filius Dei mittitur, qui per prophetas omnes retro illuminator et doctor humani generis praedicabatur. Hic est virtus Dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria. Hic in virginem illabatur, carnem Spiritus sanctus induitur, Deus cum homine miscetur. Hic Deus noster, hic Christus est, qui mediator duorum, hominem induit, quem perducatur ad Patrem. Quod homo est esse Christus voluit, ut et homo possit esse quod Christus est.

S. FELIX I PP. et M. (†274)

FRAGMENTUM ²

AD MAXIMUM EP. ET CLERUM ALEXANDRINUM

PL
5, 144

Περὶ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ Λόγου καὶ τῆς πίστεως, πιστεύομεν εἰς τὸν **170**
Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ἀίδιος Υἱὸς καὶ Λόγος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ ἀναληφθεὶς, ἵν' ἕτερος ᾗ παρ' ἐκεῖνον· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός, ἵνα ᾗ ἕτερος παρ' αὐτόν· ἀλλά, Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἅμα καὶ τέλειος ἄνθρωπος, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου.

ACTA MARTYRUM (saec. III)

PG
10, 565

IV. [...] Σαβινιανὸς εἶπεν· Ἐγὼ πάντοτε ταπεινοφροσύνην ἐδιδάχθην **171**
παρὰ τῆς ἁγίας παρθένου Χρυσῆς, ἥτις καὶ ἐδίδαξέν με καθομολογεῖν ἕνα

PL
5, 143

De Verbi autem incarnatione et fide, credimus in Dominum **170**
nostrum Iesum Christum ex virgine Maria natum, quod ipse est sempiternus Dei filius et Verbum, non autem homo a Deo assumptus, ut alius sit ab illo. Neque enim hominem assumpsit Dei Filius, ut alius ab eo exsistat: sed cum perfectus Deus esset, factus est simul et homo perfectus, ex virgine incarnatus.

PG
10, 566

IV. [...] Sabinianus dixit: Ego vero semper humilitatem doctus **171**
sum a sancta Aura quae me docuit confiteri Dominum meum Iesum

¹ Viri docti attribuunt scriptum hoc Cypriano, Novatiano vel Pontio (cf. PLS I, 47). Genuinitatem vindicavit SIMONETTI (Clavis 57; Qua I, 595).

• S. GREGORIUS THAUMATURGUS († ca 270). Vide aliquot locos, sub titulo *Incertus Auctor*, Gregorio attributos.

• PL 3, 1158. PL 4, 248.

• MALCHIO ANTIOCHENUS (saec. III): PG 10, 259.

² Sunt qui censent fragmentum hoc confectum esse ab Apollinaris sectatoribus (cf. PLS I, 73).